



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XII. Polypticus monasterij Fossatensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

nimiis affligantur, aut acris verberibus coērcentur, ut sanarentur.

Hunc sequitur **xxviii.** De his qui sèpius correpti emendare noluerint. Vbi similiter septem prædicti gradus inferi sunt. De tertio autem modo judiciorum sicut suprà dispositum est. De damno cuiuslibet rei exteriori est intelligentium, ubi solūmodo animadvertisendum, si negligèntia interveniente dannum extiterit factum. Tunc secundum modum delicti & personam & intentionem levioribus culpe judicium subjacebit. In quo modo continetur quicquid in regula inventur. Sive gravissimæ vindictæ subjaceat, seu graviori, seu regulari, seu excommunicetur, seu excommunicatione subjaceat.

Præter hoc quod in quib[us]dam locis inventur distinctior disciplina subjaceat. Quod quidam ita intelligi volunt, ut si occulèt aut publicè verbis monebatur, in eodem gradu acris corripiatur.

Quartus quoque modus, ut prædictum est, de capitalibus criminibus constat, forniciatio velicit, adulterio, atque ebrietate, afflida, certisque que nullo modo nisi penitentia corporali secundum auctoritatem canonicanam purgantur. In quibus & modis necnon & persona atque intentio semper inficienda sunt. Vbi pariter quoque sanctorum patrum institutio follebit est pendenda.

XII.

Polypticus monasterij Fossatenensis.

Ex vet. cod.
bibliotheca
regia.

HAET in Varena mansos caroperarios **xxxvii.** & sunt ex ipsis in beneficio mansi **v.** & tres partes. & sunt ibi manoperarij **xviii.** Sunt ibi hospicia **vii.** Et manent ibi inter mansos caroperarios & manoperarios & hospicia homines **cxxi.** Solvunt mansi caroperarij in tertio anno unusquisque solidos **v.** & alios duos annos unusquisque vervecem cum agno. Solvunt de ammonia inter totos annis singulis mod. **cix.** Arant ad hivernaticum unusquisque perticas **v.** & ad tramsifum **ii.** & in tertia ebdomada faciunt corbadam. Solvunt unusquisque pullos **ii.** cum ovis. Habet ibi mansos manoperarios **iiii.** & solvunt in tertio anno sol. **ix.**

Habet in Novigente mansos caroperarios **xviii.** & manoperarios **v.** & dimidium, & manent ibi homines **lv.** Solvunt unusquisque mansi caroperarius uno anno sol. **v.** & alio anno vervecem cum agno, & de vino mod. **ii.** Arat ad hivernaticum unusquisque perticas **v.** & ad tramsifum **ii.** Arant ad hivernaticum & ad tramsifum in unaquaque ebdomada perticas **iiii.** A tercia ebdomada inter tres mansos jornalem **i.** Fodiunt in vinea aripennum **i.** Solvunt unusquisque pullos **ii.** cum ovis. Serviles mansi **vii.** & dimid. solvunt verveces sex cum agnis suis, & de vino mod. **viii.** Arant ad hivernaticum perticas **v.** & ad tramsifum **ii.** Solvunt pullos **ii.** cum ovis.

Habet in Tortiaco mansos caroperarios **xxxii.** & manoperarios **iiii.** hospicia **v.** Manent ibi homines **lx.** Solvunt unusquisque caropera-

rius uno anno sol. **v.** alio anno vervecem cum agno, & de vino mod. **ii.** Arat ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** In unaquaque ebdomada arat ad hivernaticum & ad tramsifum journalam **i.** Facit corbadas **iiii.** & solvit pullos **iiii.** cum ovis. Unusquisque mansus manoperarius solvit per annos singulos vervecem cum agno, devino mod. **ii.** Arat ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** & solvit pullos **iiii.** cum ovis. Hospicia **v.** solvunt communiter mod. **iiii.** & dimidium, unusquisque vero pullum cum ovis. Solvunt ibi homines de terra censale sol. **v.** denar. **iiii.**

Habet in curte Protasio hospicia **v.** Solvit unusquisque per singulos annos de vino mod. **i.** & pullum cum ovis.

Habet in Buxido mansos caroperarios **xxiv.** & dimid. & manoperarios **x.** hospicia **xiiii.** De quibus mansis sunt in beneficio **v.** & dimid. & hospicii **i.** Manent ibi homines **lxxviii.** Solvunt unusquisque mansus caroperarius uno anno sol. **v.** alio anno vervecem cum agno, & de vino mod. **ii.** Arat ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** Inter duos mansos in unaquaque ebdomada arant perticas **iiii.** A tercia ebdomada inter tres mansos carruam **i.** Et solvit unusquisque omni anno ad vineam claudere cardadam **i.** de virginis & pullos **iiii.** cum ovis. Solvunt unusquisque mansus manoperarius de vino mod. **ii.** omni anno vervecem cum agno. Arat ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** Solvit pullos **ii.** cum ovis. Est ibi terra censalis unde solvunt festivitate sancti Dionysij sol. **ix.** denar. **viiii.**

Habet in Ferrarias mansos caroperarios **xvi.** manoperarios **v.** Manent ibi homines **ii.** Habet ibi duo mansos absos. Solvunt vestiti mansi hairbannum pro diobus bovinis sol. **xx.** pro homine redimento de hoste sol. **iiii.** verveces **xi v.** cum agnis, & de vino mod. **xx.** de frumento mod. **xx.** Arat unusquisque ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** Ad hivernaticum corbadas **iiii.** ad tramsifum **iiii.** Solvunt unusquisque pullos **iiii.** cum ovis.

Habet in Savegias mansos **vii.** ubi manent homines **x.** Solvunt unusquisque omni anno vervecem cum agno, & de vino mod. **ii.** pullos **iiii.** cum ovis. Arat ad hivernaticum perticas **v.**

Habet in Derentiaco mansos serviles **vii.** ubi manent homines **xxii.** Solvunt unusquisque vervecem cum agno. Arat ad hivernaticum perticas **v.** ad tramsifum **ii.** & inter hivernaticum & tramsifum corbadas **ix.** Solvunt pullos **iiii.** cum ovis.

Habet in Maiaciaco mansum indominicanum cum cafa & diversis adiunctis suprapositis, cum viridiario & omnibus congruis adjacentiis. Habet ibi de vinea indominicata jucos id est aripennos **e.** de terra arabilis indominicata ad modios ducentos quadraginta unius fationis, de prato jucos **lx.** de Silva plus minus bunnarios **e.** habens in giro plus minus leuvam **i.** Est ibi capella indominicata honoris sanctæ Maria dicata, ad quam respicit terra arabilis ad modios **xxx.** unius fationis. De vinea jucii **v.** de Silva **v.** de prato **ii.** Est ibi etiam alia Ecclesia parœ-

chialis sub honore sancti Melanij dicata, cui apicit terra arabilis ad mod. l. unius sationis, & de vinea iudicii xiiii. de prato v. Solvunt censum inter Capellam & Ecclesiam libram unam. Habet in ipsa villa factos id est manfos l. x. Solvit unusquisque de hortoleo id est pro bove sol. ii. & porcos ii. aut sol. i. v. multones ii. aut sol. ii. Solvit inter vinicinam & pascionem de vino mod. vi. de lignario denar. vi. Facit perturam in cultura dominicata, & feminat ibi de suo triticco mod. ii. Solvit de avena mod. v. de faba sext. iv. Fodit unusquisque juctum i. in vinea dominicata. Solvit pullos iii. cum ovis x. & alios pullos vindemiales cum ovis. Solvit sinapem & faces.

Habet in Floriaco unum mansum indominatum, ad quem respiciunt manfi xix. ex quibus sunt ingenuiles xiiii. & serviles vii. Reficiunt etiam ad ipsum mansum de terra arabili bimaria xxxviii. que sunt sita inter Remis & Floriaco. Et in alio loco sunt bimaria xxxii. & dimidium, sita inter Remis & curtem Roxinacum. Est etiam una area in Remis pertinens ad ipsum mansum, que habet de uno latere iuxta terram sancte Marie pedes cxvi. de alio latere iuxta terram sancti Cipriani pedes cxvi. de una fronte iuxta terram sancte Marie pedes lxvi. ex alia fronte iuxta viam publicam pedes xlii. De supradictis ingenuis mansis sunt v. in ipso Floriaco, & ii. in Pimella, iv. in curte Roxinacum, & unus in Mafriaco. Solvit unusquisque mansus ingenuis per totas ebdomadas in anno dies v. praeter tres ebdomadas, unam in natale Domini, alteram in Pascha, tertiam in Rogationibus. Debet napaticas ii. Habet unaquaque in longum perticas xl. & in transversum xv. De lignatico cartadas iii. Quinque mansi ingenuiles qui sunt in Floriaco, & duo qui sunt in Pimella, solvit unusquisque scinculas cl. Quantuero vero manfi qui sunt in curte Roxinacum, & unus qui est in Mafriaco, solvit unusquisque scintulas c. Debet unusquisque pullos iii. cum ovis x. de vino sext. xii. corbadas ii. unamquamque cum sex bovinis, & tertiam corbadam cum duobus, pro hostilio denarios x iv. pro carropera denar. v. bannos tres, unum in vinea, alterum in prato, tertium in messe. Debet unam carradam adducere de feno in granicam senioris, & unam carradam de garbis de campania. Debet ducere annonam ad fatinum super carrum suum de suis diebus; & in ipso fatinum debetflare servilis mansus qui ipsam annonam pravebeat & cooperetur. Debet etiam de suis diebus sumum ducere in campum & expandere de suo carro; & servilis mansus debet levare sumum super carrum. Debet unusquisque mansus servilis per totas ebdomadas dies v. & unam napaticam in vinea, de qua recipit tertiam partem, pullos iii. cum ovis. Debet corbadas iii. unamquamque de duobus bovinis. Debet denarios v. pro carropera, bannos iii. Debet faculas. Debet manionem & curtem custodire & stabulum curare & facere quicquid opus est. Unusquisque mansus ingenuis & servilis debet in eulogis panes v. ad carnem denarios ii. & pullos ii. de vino sext. ii. Cum fecerint corbadas in men-

se Martio, debent habere panem & ligumina & sicutam. Mensa Maio panem & caseum. Mensa Octobrio panem & vinum, si esse potest. Si ibi sunt cavaticarij, debent Kal. Octobr. denarios i. v. & unum diem in banno, & ad tres audiencias venire cum suis eulogis.

Habet in Turgiaco manfos serviles i. x. & dimidium. Manent ibi homines xiiii. Solvunt mensa Maio verbeces ix. & dimid. cum agnis. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas x. ad tramifum ii. Claudit unusquisque a tertio anno in manso dominico perticas ii. Solvit pullos ii. cum ovis.

Habet in Belsa manfos serviles viii. & dimidium. Manent ibi homines xi. v. Solvunt annis singulis agnos viii. & dimidium. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas i. v. ad tramifum ii. Arat corbadam inter hivernaticum & tramifum. Dicit de frumento ad monasterium mod. x. Solvit pullos ii. cum ovis. Habet ibi culturas xv.

Habet in Vilena manfos x i. ubi manent homines xiv. De quibus manfis est unus & dimidius in beneficio, & unus ab his. Solvit unusquisque uno anno sol. ii. alio anno porcos ii. & arietes ii. Solvunt duo manfi de vino mod. ii. & dimidium. Alij manfi, unusquisque de frumento mod. i. Arat unusquisque ad hivernaticum perticas iv. ad tramifum ii. Et arat corbadas ii. ad hivernaticum, ad tramifum perticas iii. Claudit unusquisque in vinea perticas vii. Solvit pullos ii. cum ovis.

Habet in monte Hayrici manfos ingenuiles xii. Manent ibi homines xxi. De quibus manfis tenent xi. ali homines. Solvit unusquisque annis singulis fol. v. & dimidium. Arat ad hivernaticum perticas viii. & dimid. ad tramifum vi. Facit ad hivernaticum corbadas iii. ad binalia iii. ad tramifum iii. Debet unusquisque de lignario in latum pedes vi. in altum pedes vi. & de carractionibus cartadas vi. & omni anno festivitate sancti Martini & in natale Domini & in Pascha cartadam i. Claudit inter curtem & horatum & vineam perticas vii. & dimidiam. Solvit de lino facinus iii. de xxx. madafciis, & in pascione mod. ii. de vino, de terra cenfali mod. ii. de vino. Arat ad hivernaticum perticas viii. & dimidiam. Solvit pullos iii. cum ovis.

Habet in Equa manfos serviles ix. & dimidium. Manent ibi homines xix. Solvit unusquisque usque ad monasterium carroperam i. & loc & cultum. Faciunt corbadas x i. Arat unusquisque inter hivernaticum & tramifum perticas x. Solvit pullos i. cum ovis.

Habet in Fabarias septem manfos ingenuiles. Octavus mansus pertinet ad Ecclesiam ipsius villæ dicatam in honore sancti Martini. Antiquo tempore solvebat unusquisque mansus fol. v. Postea in alio tempore solvebat unusquisque in unoquoque mense per totum annum tres dies. A festivitate sancti Iohannis usque in natale Domini solvebat i. tertia in tertiam ebdomadam corbadam; & faciebat unum barnum in vinea, alium in messe. Solvebant duo manfi tres carroperas in anno usque ad Fossatis. Solvebatur unusquisque de pascione denarios xii. & pullos iii. cum ovis xv.

Nonus mansus est indominicatus, ubi habet culturas v. & pratum & silvas & aquas cum satiario.

Illi sunt cavaticarij sancti Petri. Tectboldus, Gondoldis defunctus, Emhardus, Lelendis, Amalgarus, Hairlindis, item Amalarius, item Tectboldus, Amalbertus, Frodovinus, Frodevidis.

Familia de Cliciaco. Godelsadus, Ravenus, Odilo, Vivardus, Ermengifus, Hildegius, Ansberga, Vitalis, Adelgardis, Mamucia cum tribus infantibus suis, id est, Dominicus & Hildegodus & Gozlenus, & cum aliis tribus, Girberga, Erlinus, Nadalbertus, Eriardi, Godinus, Doda, Odila, Adelindis, item Odila, Vuido, Vuinegunda, Tedelindis, Adelberga, Ermengildis, Roducta, Frogatrus, Grimthadius, Etemberetus, Iohannes, Tetsinda, Hildebertus & soror ejus, Rainberga & filia ejus nomine Elisa, bet cum suis filiis.

Hengelmannus, Rodulfus, Rainerius, Hengelsen, Vuarenburgis, Rodulfus, & Bernice, omnes isti cum infantibus suis, Berhengerius Presbyter.

Ingelburgis filia Vitalis de Bunito beato Petro se tradidit tali ratione ut nunquam à monachis effet vendita neque ulli homini donata.

Doda, Vuernerus, Ingelgerus, Ansfoldus, Beliarius.

Adrianus, Rainius, Raimundus, Rainerius, Durandus, Germundus, Rainierius, Ermengardis, Nodelenda cum quinque filiabus & unum filium, Richardus, Tescenda cum duabus filiabus & unum filium, Ildeardus & filius ejus Constantius. Ihi sunt fratres & sorores Adriani, Rainius, Legardus, Nodelenda habent seniores. Albaldus, Girberga, Tescenda, Constantius, Ascenius, Sireda soror ejus, Idstodus cognatus eorum, Ilbenbaldus filius Richardi, Ihi sunt cognati Adriani Germani.

Hienburgis Brittonis grataanter se condonavit sancto Petro, antequam acciperet maritum, ut in posterum cum filiis & filiabus suis sub servitutis iugio teneatur, quorum haec sunt nomina. Odoliticus, Gislebertus, Durandus.

XII. I.

Preceptum Pippini Regis pro monasterio Soricinij.

Ad. 754.
Ex archivio
monasterij
Soricinij.

In nomine Domini & Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Pippinus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejusque in eisdem locis famularium propter eorum fultentationem quoddam conferimus praemium, nobis apud Dominum æterna remunerationis praemium rependi non diffidimus. Proinde noverit omnium fidelium tam praefantium quam & futurorum solertia quia placuit nobis propter amorem Dei & animæ nostræ remedium construere monasterium in pago Tolofano juxta castrum quod dicitur Verdiminus, eum Soricinij rivulo vocabulum constat indici Soricinij, in honorem Dei & ejus genitricis perpetuae virginis Matris & omnium sanctorum, secundum quod ea-

dem Dei genitrix nobis visa est præcepisse. Conferimus igitur eidem loco de rebus à Deo nobis collatis ad fultentationem, ut dixinus, fratrum ibidem loci famularium locum nostrum quod dicitur Villapinta & Ecclesiam in honorem sancti Iohannis Baptiste constructam cum omni integritate, quantumcunque in ipso loco jure proprietatis modo nostra est possefio, & aliud praedium quod dicitur Villamama in contiguo superius prædicti situatum, cum omni integritate, cum mancipiis utriusque sexus, cum domibus, ædificiis, terris, vineis, pratis, silvis, palvis, aquis, aquarumque decuribus, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultum & incultum, quemcum & adquirendum, totum ab integro memorato monasterio Soricinij ad cunctas ejusdem monasterij necessitates confundendas perpetualiter ad habendum delegavimus. Et hanc nostram auctoritatem sub nomine ac evictiōnis gratia fieri volumus, per quam præcipimus ut nullus judex publicus vel quilibet ex judicari potestate in possessiones memorati monasterij, que deinceps divina sunt in jure ipsius sancti loci voluerit angere, ulas illicitas occassiones requirere nullo unquam tempore audeat; sed licet ordinato Abbati suisque successoribus sub immunitatis nostra vel successorum nostrorum defensione quieto ordine possidere. Et quandoquidem divina vocatione à nobis ordinatus Abbas vel successor eius ab hac luce migraverit, perpetuo secundum regulam sancti Benedicti per hanc nostram auctoritatem & consensum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipsi monachi, qui ibidem Deo famulari videntur, pro statu totius regni nostri & incomititate conjugis atque prolixi Domini misericordiam extorare valent. Et ut hec auctoritas nostris & futuri temporibus debeat inconvulsa manere, manu nostra subsignavimus, & annuli impressione signum jussimus.

Signum Pippini glorioissimi Regis.

Ioannes Diaconus ad vicem Dagni recognovit.
Data septimo Kalendas Septembris anno Christi proprio secundo Domini Pippini Regis, Indictione septima. Aetate Aquitani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

XIV.

*Charia donationis villa de Blangiacœ
ad Ecclesiam Brivatensem.*

E Xemplaria. Domini sanctis Donidio, Honorifice, Noberto, Betoleno Presbyteris, necnon Raconi Clerico, velatis tam Diaconibus quām servientis sancto Juliano Clericis qui præfenti tempore ibidem deseruire videntur. Ego Gi-deon. Dum non est incognitum quod Dominus Hunaldus Princeps ante hos dies per * parva consilia aliquam villam in pago Limanico de ratione sancti Juliani martyris, cui vocabulum est Maceriacœ, viuis fui affruxisse, postea celeste auxilio monitus superscriptam villam ipsi casse Dei reddere ordinavi & duas partiones tam de terra, vineis, censi, tributo, aut ex omnib[us] sibi pertinenti, pro mole peccatorum, vobis viuis fui con-donasse,

An. 760.

Ex Chanceryario Bi-

varienti cap.

16.